



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Psalmvs Dvodecimvs, hebræis tertiusdecimus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

IN PSALMUM XII

num secundam altitudinem tuam, id est, in locum potestatis tue constituiti non filios dei, sed filios hominum, eosque non qui rari & boni sunt, sed multos & qui vtilissimi inter eos sunt. Sancti patres, filios hominum, ad filios dei referunt. Et altitudinem, alij secretum consilij, alij gratiam & misericordiam dei sine merito hominum datam putant. Quorum sententiam non damno, sed licet veralem esse non credo.

PSALMVS DVODECIMVS, hebræus tertiusdecimus,

Ad victoriam psalmus David.

Vsquequo domine obliuisceris me in finem? Vsquequo auertis faciem tuam a me? Vsquequo ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem? Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me?

Usquequo domine obliuisceris me in finem? vsquequo auertis faciem tuam a me? vsquequo ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem? vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? Respice, responde mihi domine deus meus, illumina oculos meos nequando odormiam meo. Nequando dicat inimicus meus per uallem aduersus eum tribulantes, me exaltabim quoniam lapsus fueris. Ego autem in misericordia tua speraui, exaltabit cor meum in salute tua cantabo domino quoniam respiciet michi.

Simplicitas ista hebræa magis placet, & non nihil ad affectum facit, qua repetit quater idem uocabulum, usquequo, pro quo uarietatis amans interpres, in tertio loco, quod diu posuit, nec sine affectu iniuria. Generalis sententia psalmi esse uidetur, in persona eorum dicti, qui similia David patiuntur, hoc est mortem & infernum, qui affectus psalmo sexto similis est: nam & hic mortem allegat, & pugnat cum desperatione, misericordiam dei predicans. Quod & indicat uehementissimam exortum, quod quatuor questionibus contentiosus & acerbis prouert, cum enim in omni tribulatione mora sit grauis, in hac spirituali est grauisissima. Adeo ut psal. vii. dicat: In ueteravi inter omnes inimicos meos. Et psal. xxxj. Quoniam tacui, in ueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die. Ita & hic quater expostulans nimiam dilationem diuini auxilij, queritur sese in finem derelictum, immo obliuioni datum, hoc est, desperatum & nunquam recipiendum, sic enim apparet in hac pressura aeternæ mortis constitutus. Emphasis itaque est in singulis uerbis, quibus iratum deum exprimit, quantum est in sensu & affectu spiritus: Non solum me derelinquis tanquam periturus & obseruaturus, sed etiam obliuisceris tanquam extinctum, deletum de libro uitæ & memoria tua, reprobatum penitus nunquam uisurus, nec hoc ad tempus, sed in finem & aternaliter, ut nihil reliquum sit spei, quin sim cum damnatis perdendus in aeternum: Quod si etiam hic clamem ualidissima uoce & inuocem te, ecce non modo non exaudis, sed etiam, ne audias, auertis faciem tuam a me, factus inexorabilis.

Pro patientia
bus mortem &
infernum.

Nonne apertis uerbis hunc asperrimum & amarissimum affectum pingit, qui deum undique auersum, aduersarium, implacabilem, inexorabilem, aternaliter iratum sentit? Hic enim spes desperat & desperatio simul sperat, uiuuntque solus ille gemitus inenarrabilis, quo spiritus interpellat, incubas super aquas te. Gemitus inenarrabilis optas, ut Gen. i. dicat. Nemo hanc intelligit, qui non gustarit, non agunt inenarrabilis sunt hæc obiectis & pharasmaibus, sicut speculatores ludere possunt quieti, sed in timo immortalis uitæ, id est, anime sensu: Immortalis est quæ patitur, immortalia sunt

Aa n lia sunt

lia sunt quæ præmunt, scilicet peccata, immortalis finis, ppter quem fuit
 cet deus reprobās, & immortales qui urgēt, nempe damones accusatores
 deo, ut Apo. xij. dicit. Atq; ita ex oibus causis (ut uocant) materiali, finali, in-
 ciente, formali, æterna & inuitabilis est ista tribulatio. Mitius enī ppter
 ma ex ea parte, quæ tēporalis & mortalis est, id est, per carnē & immor-
 talem animam pro exprimēda rei natura, ne quis me capet in uerbis, & im-
 enim anima huic uita, quæ tamē uiuit immortaliter futuræ uita. Ita mitius
 titur ab hominibus, mūdo, carne, q̄ a demonibus, qui peccatis, morte, & in-
 no intentatis præmūt. Mitius in passionibus sensualibus, q̄ cōscientiæ puni-
 bus & confutionibus. Mitius propter satisfactionem pro peccatis & recōlin-
 tionem dei speratam, q̄ propter æternā & immobilē præscientiā dei reproba-
 tem. Quare nemo putet esse uulgaris tribulatiōis uerba ista, obliuiscens, aut
 tis in finem, nō exaudis, nec exaudiri statuis, deles me de memoria tua nunq̄
 respecturus, atq; etiam (ut Iob. ix. ait) & cum inuocantem me exaudieris, non
 credo q̄ audierit uocē meam. Ac si dicat, adeo mihi inexorabilis apparet, ut si
 etiam quis præsumere possit me esse exauditum, adeo id non credo, ut nec au-
 ditam nedum exauditam uocem meam sperem.

Anima mortis
 lis.

Sibi relictus
 q̄ est.

in lege
 Nyy
 Non hoc for-
 bona docet.

Talem itaq; sibi deum sentiens, sibi relictus miser facit quod sequit, id est,
 æstuat uarijs cōsilijs undiq; tentans quo liberetur, multa consilia molitur, sem-
 per tñ manens ignarus cōsiliij. Sicut Ezechias apud Isā. xxxvij. Quid dicam?
 aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit? Deprehensus enim inter angustias
 nescit quo se uertat, si ad deū uelit fugere, audit hoc, Auertis faciē tuā. Et, quid
 respondebit mihi, cū ipse fecerit. Si ad alium; nullus alius est, qui possit euere,
 quin omnia cum deo cōtra eum stant, atq; ita angustia undiq; cogunt multa
 consilia quærere, nec tñ sinūt inuenire. Hoc est, quod dicit. Quādiu ponā con-
 silia in anima mea? Est enim ea dictio Nyy quæ psal. i. cōsiliū impiorum di-
 citur, scilicet, studia cordis, quibus sese gerere, & regere debeat.

Quæ autem sunt ista consilia afflictæ huius animæ, nemo nouit, nisi qui par-
 titur. Exemplum tamen nobis egregium præbet Iob. ix. per totū, ubi recenset
 opera dei magnifica & mirabilia, ostēdens, quomodo anima, in hac hora con-
 stituta uaria cogitet, nunc assurgit uidere quæ in impijs fecit deus, se cōsolatu-
 ra: Rursum, dum sua sperat præterita bona considerari, iterum decidit, dicens:
 Si innocentem ostēdero, prauum me comprobabit, immo & hoc asserit, si eti-
 am innocēs coram eo quis sit, poterit eum cōsumere (sic enim sentitur) Vnde
 dicit: Iustum & impiū ipse cōsumit. Quasi diceret, nihil refert, iustus siue iniu-
 stus hic sis, potest quemq; abijcere, nec potest hic inuenire, quid ponat inter
 pium & impium discriminis, cum omnia itelligat esse dei libere data. Sed nec
 locus, nec uirtus sinunt, idem capitulum digne tractare. Christus eandem in
 cruce tulit tribulationem, quando se nō habere dicit, ubi caput reclinet: Et pe-
 rijt fuga a me, & nō est qui requirat animam meam. In quietudo enim, pauor,
 fuga, confusio, hic regnant.

Dolorem in corde meo per diem, id est, tristitiam, afflictionem, abiectionē
 (sic enim hebræus sonat) per totum diem, Pauer enim, omni momento metu-
 ens abijci in æternum, dolorem facit ipsa angustia, quæ tribulatum non sinit
 fugere. Vnde Paulus, hæc omnia his uerbis exprimit Ro. i. ijs qui sunt ex con-
 tentione, ira, & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam operan-
 tis malum, Iudæi primo & Græci.

Ponam

Ponam consilia in anima mea, Hebraice dictum est, sicut: Posui in ore tuo uerba mea: Et pone hoc in corde tuo: Posui animam meam in manu mea. Quod latine diceremus: Capiam consilia. Et in anima mea (id est, cum meipso) quia non erat, a quo consilium acciperem, cum nullus hominum, hunc gemitum non sciat, nec dum consulere possit. Solus ergo, ut patitur, ita solus secum uaria anxie consulat, non est hic communicare consilia, sicut nec dolorem cordis, atque id ipsum uehementissime discrutat: In ceteris enim usitatis tribulationibus inuenire est, qui similia passi sciunt consulere & consolari.

Uique quo exaltabitur inimicus meus super me. Prius hoc tribuit deo obliuiscenti & auertenti, non exaudienti, nunc tribuit inimico. Atque hic iam incipit uictoria inclinare ad tentatum, & finis fieri tentionis, pars enim uictoriae, est sensisse inimicum in hac tentione, ac illo superiore iam fieri. Est enim ordinante deo inimicus exaltatur, tamen in media tentione non apparet inimicus, sed solus deus omnia facere. Atque id etiam satagit inimicus, ut tetratus non sibi, sed deo tribuat soli. Sicut in Christo crucifixo ostensum est, quae blasphemus eo pulsabat, ut deo odibilis esse uideretur. Sic psal. iij. Multi dicunt animae meae non est salus ipsi in deo eius. Inimicum autem non nominat, sed generaliter loquitur, diabolum tamen intelligit, & eius studia, ipse enim in hac tentione proprie regnat. Unde sunt qui & Christum arbitrentur saepe passum esse hanc tentionem, praesertim in horto, & Ioh. xij. ubi dixit: Et nunc anima mea turbata est, & quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora, sed propterea ueni in hanc horam, pater clarifica nomen tuum. Mira uerba, & certe angustiae plena. Vide, ut & hic ponit consilia in anima sua turbata. Primo, quid dicam? Deinde orat, saluifica nomen meum. Nam Lucas. iij. scribit, diabolum, cum eum in deserto tentasset, ab eo recessisse ad tempus. Ex quo eliciunt illi, nec inepte, fuisse eum deinceps sapienter tentatum, nec enim audiendi sunt qui nobis ipsum, quasi insensibilem trun- cum fingunt, quae oportet omnibus tentionibus, sicut purum & uerum hominem, credere, subiectum fuisse, sicut & ad discipulos dicit: Vos estis qui permansistis mecum in tentionibus meis.

Itaque cognito inimico ista operante, incipit mox diuinae misericordiae radius micare, & animam confortare ad accusandum inimicum, & bene sperandum de deo, quod in turbine procellae medio non potuit. Ideo & haec ultima pars est querelae inimicum exaltari super eum.

Respice, & exaudi me domine deus meus, illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte.

Distinctione uersuum (quae apud nos confusa est) hebraea sequitur, quae longe ecclesiasticus aliter affectus, qui prius querebat sese frustra orasse, deum oblitum & auersum non exaudisse, nunc pseuerans obtinuit fiduciam exaudientis orationis suae. Sicut Christus Lucas. xij. de pseuerantia orationis docuit, inter amicum recusantem, & alium pseuerantem. Sic enim & deus aliquantulum recusat, nisi enim fideret se exaudiri iri, non oraret. Quare iam pene uictor emergens, sine oratione tentionis & sese respici, cum iam reuera respectus sit & exauditus. Neque enim nos ante respici oramus, quod ille respiciat, sed, ut respicientem sentire per cordis pacem & fiduciam ualeamus, qui nos per gratiam praeuenientem respiciens fecit, ut respici & exaudiri peteremus. Ut sit non solum gratia dei miserentis, sed & pax misericordiae intelligentis hominis.

Aa iij Reddit

*Obluisceris.
Respice.*

Reddit autem singula singulis, quatuor questus est mala, ita quatuor postulat bona. *Respice*, pertinet ad illud: *Vsq̄*quo obliuisceris. q. d. nō modo nō uidebas me, sed nec memor eras, at nunc nō solū memento mei, sed etiā propius accede, & respice, ut tanto sit amplius redditum bonū, quāto fuit atrocius malum. *Respice* autē tropo scripturæ, affectum dei miserentis significat, sicut de uerbo, *Exurgere*, dictum est psalmo præcedente, & præsentiorē gratiorēq̄ effectum respicere, q̄ meminisse significat, sicut aperiorem nō meminisse, q̄ nō respexisse, tam pulchra & propria Antithesi cōponit mala tolerata bonis accipiēdis. *Exaudi me dñe deus meus*, pertinet ad illud, *Vsq̄*quo auertis faciem tuam a me: Ac si dicat: *Auersus* eras ac inexorabilis, tanq̄ strictus sæuerus iudex nihil aliud facturus, q̄ damnaturus me, nō modo nō audiebas, sed ne auerteres a uertebas faciem: At nunc factus dominus deus meus, esto non tantum cōuersus, ut audias, sed etiā exaudias, nihil aliud facturus, q̄ me seruaturus, ut sic pro irato iudice clementissimum deum habeam.

*Auertis faciem
Exaudi me.*

*Caligo mētis.
Illuminatio
consiliorū.*

Illumina oculos meos, ne unq̄ obdormiā in morte, pertinet ad illud: *Quærit* ponā consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem: *Auersa* enim facie dei a nobis, statim sequitur, turbatio, cōfusio, caligo mentis & cōsiliij ignorantia, qua uelut in tenebris palparamus, & undiq̄ querimus, quo effugiamus: Ita si leuet lumen uultus sui super nos, & conuerterit faciem suā ad nos exauditurus, rursus illuminantur oculi nostri, & plena sunt oīa cōsilijs uberrimè: *Ambulās* enim in die nō offendit, quia uidet lucem huius mudi. *Accedimus* sic ad eum & illuminamur, & facies nostræ non confunduntur.

*Exaltabitur
inimicus. Ne
moriar.*

Ad illud, *Vsq̄*quo exaltabit inimicus meus super me: pertinet quod sequitur: *Nequādo* dicat inimicus meus, præualui ei. *Hic* uero addit: *Ne* quando obdormiā in morte, periculum commemorans. *Dormiam* enim, ea dicitio est, quæ psalmo .iiij. requiescam, & per Hieronymum, dormiam, reddita est tibi: *In* pace simul requiescam, & dormiam, id est, iacebo mortuus in pace cum patribus meis. Ita enim, quia in spiritu loquitur, & usus scripturæ sic habet, dormiendi uerbo, nō ad corporalem somnum, sed ad mortem significandā uis. *Et*, ut dixi, hoc uersu tangitur uis huius tentationis, quæ est intentatio mortis & inferni præsentissima & intolerabili amaritudine urgēs, & (ut *Ezechias* dicit Isā. xxxviii.) *Portæ* inferi iam iam absorpturæ in puteum æternū. *Sicut* alio loco dicit: *Nec* urgeat sup me puteus os suū. *Quare* petit, ne dormiat in morte, id est, ne moriatur, & iaceat mortuus, æterna morte. *Quod* latius psal. vj. sic dicit: *Quoniam* non est in morte, qui memor sit tui, in inferno autem, quis cōfitebitur tibi? *Cuius* contraria sententia est illa psal. iij. *In* pace in idiplum dormiam & requiescam; dum enim lumen uultus dei super eum est, latus est, & in pace moritur, at ubi auersa facie finit eum consilijs in anima sua æstuari, dolens metuit ne in morte moriatur, id est, in quietissima & æterna confusione, sicut puluis turbine raptus, agitur. *Proinde* hic uersus, lux est huius psalmi, clare ostendens hanc tentationem esse in rebus sublimibus, fidei, spei, charitatis, ubi dissidentia, desperatio, odium, blasphemia, & similia inferni damnatorumq̄ portenta acerbissima certant cōtentione, cum fide, spe, & charitate. *Nihil* est libidinis, iræ, superbix, auaritiæ, cum castitate, mititate, humilitate, largitate, negotium, immo rabies persecutionis corporalis, siue sit ignis, fames, gladius, ignominia, ad hoc malum comparata. *Vnde* & hic intelligi oportet, ideo se timere mortem, q̄ non sit in ea laus & memoria dei, sed odium & blasphemia, id quod unice exhorret.

*Mala peccatis
cōscientiæ.*

Nequando

Nequando dicat inimicus meus praxualui aduersus eum: Qui tri-
bulant me, exultabunt si motus fuero.

Cum hic sit unus uersus in hebrzo, sententia clarior erit, si in medio ponat
coniunctio. Et, pro Tautologia elucidada, hoc modo: Ne forte dicat inimicus
meus, potui ei, & tribulatores mei exultet, q̄ motus fuerim. Nam uerbum, po-
tui ei, seu praxualui aduersus eum, psalmo. cxxvii. sic reddidit: Etenim non po-
tuerunt mihi. Sic enim hebræis dicitur, id quod praxualere aduersus quempia,
nos dicimus. Idem ergo est inimicos iactare se praxualuisse, & tribulatores ex-
ultare illum esse uictum. Quod utiq̄ fieret, si in morte obdormiret. Eandē sen-
tentia & psal. vi. in eosdem dicit: Discedite a me omnes, qui operamini iniqui-
tatem (id est, Auen, seu dolorem) quoniam exaudiuit dominus deprecatione
meam. Et. xxxvii. Nequando super gaudeant mihi inimici mei, & dum com-
mouentur pedes mei super me magna loquantur. Vbi eisdem pene uerbis ea-
dem sententia dicitur, ut patet.

Ista est iactantia & insultatio demonum, quales in Christo crucifixo per lu-
dæos euomebant. Si filius dei es, descende nūc de cruce, saluū fac te metipsum, *Insultatio ini-
mici grauisi-
ma.*
liberet eum, si uult. Vbi exalta' inimicus, ut uersu quarto questus fuit: Quod
ne fiat, aut nō imperpetuum irrecuperabiliter fiat, hoc deprecatur. Quod cum
ab hominibus fieri molestissimum sit in uictorijs his nugacibus rerum tempo-
ralium, incomparabiliter atrocior est confusio, si fiat a dæmonibus in his uicto-
rijs rerum æternarum. Quod & ultimum est malorum, quod dicit, Vx uictis,
ubi malis & afflictionibus additur ignominia, insultatio, & iactantia, quæ acri-
us solet urere, q̄ ipsa pugna, immo, q̄ ipsa cædes & casus: quo symbolo doce-
mur quid faciat æterna confusio uictis. Quomodo autem dæmones exultent, *Dæmones
exultant.*
quos credimus damnationem suā ubique secum ferre, alijs relinquo explican-
dum. Satis abundant exempla, fuisse eos ad lapsum sanctorum gauisios, & si
exempla non essent, tamen huius scripturæ autoritas sufficit ad rei ueritatem
asfruendam fidelibus.

Ego autem in misericordia tua speraui, exultauit cor meum in sa-
lutari tuo, cantabo domino, qui bona tribuit mihi, & psallam nomini
domini altissimi.

Hæc unus uersus in hebrzo sunt, & particula ultima, Et psallam nomini do-
mini altissimi, affuta est ex psal. vii. hebræus enim, alterā partem uersus, sic fi-
nit: Qui bona tribuit mihi, seu, ut ad uerbum reddam, Quoniam reddidit su-
per me. Itaq; tria membra habet prior pars: Speraui in misericordia tua, exulta-
uit cor meum in salutari tuo, cantabo domino. De quibus affectibus psalmo
quinto abunde dictum est. Opponere autem uidetur hæc inimicorum suorū
iactantia, ac si dicat: illi iactant se praxualuisse, exultant me succubuisse, at ego
non de mea uirtute, sed tua misericordia me iacto, & exulto non in mea uicto-
ria, sed in tuo salutari, id est, salute, qua me indignum longeq; alia meritum
saluum fecisti per misericordiam tuam. Vt Emphasis sit fortis in dictionibus,
misericordia tua, & salutari tuo. Quibus iterum inculcatur, quod sæpius in-
culcandum est, propter ignaros dei, & superbos hypocritas, neminem scili-
cet, non inueniri peccatorem damnabilem coram deo, nec posse subsistere
ante faciem Aquilonis huius dæmonum, quantumlibet sanctus & plenus
Aa iij bonis

Oēs damnabi-
les petōres co-
ram deo.

Nō nobis, sed domino cantā dum.

bonis operibus sit, quæ illi subito faciunt ferdere suis accusationibus poterunt tiffimis, nisi sincera fide & spe, de suis meritis & dignitate desperans, parvillam gratuitamq; misericordiā dei apprehendat, & firmiter teneat, eaq; sola sese confidat salutem consecutum, ut sic stet occasio cantandi soli domino, nō nobis, qui in dignos mera misericordia saluos fecit, in qua salute exultare cor possit. Nā si aliud pdesset ad salutem, q̄ misericordia dei, idipsum sine dubio & hic posuisset: immo questus fuit, uniuersa consilia animæ suæ, inter quæ & de meritis suis tractauit, nō nisi dolorē ei præbuisse. Adeo misericordia sola necessaria, & nihil secum patit, in quo simul speret homo. Hoc enim esset diuaricari pedes & claudicare in duas partes, & more Samaritanorum simul deum & idolum colere, quē nemo colit, nisi fides sincera & unica in unicā misericordiā ei⁹. Alioquin non soli dño cantabitur, gratiaq; agentur, sed & idolo nostro, quod cooperatum fuerit: quod absit.

Contra meritorios sc̄tōs.

Quoniam reddidit. Non hic merita digni, condigni, congrui oportet somniare, Sicut hoc uerbum retribuere, seu reddere accipimus, quod enim per misericordiam solam redditur, indignis & gratuito redditur, cui debetur cantus, laus & gratiarum actio. Quod uero meritis redditur, sine misericordia, immo exigente iusticia, ubi laus debetur & cantus operanti nō reddenti. Qui impij doctores his pestibus doctrinæ suæ extinguit, exultationē cordis & suauitatem dei in hominibus, & auferunt laudem eius. Sicut Mich. ij. dicit: Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarū suarum, id est, de cōscientia exultate in saluari dulcis misericordiæ dei, & laudem meam tulistis a paruulis earum in perpetuum. Stat sententia, omnium hominū more quoque firmata, eos in benedictore letari, cantare, benedicere, qui se gratis adiutos intellexerint, quod quāto magis in deo præstandū est, ut intelligamus, & faciamus. Sciendum q̄ ea quæ in tētationibus amiserat, siue amississe uidebatur, post cumulatus, redente deo, receperit. Proinde retribuere potius amissionem meritorum, q̄ acquisitionem respicit, si scripturæ usum obserues, seu mutationem potius rerū, dum deus occidit, & uiuificat, peccatores facit, & iustificat, & omnino aufert omnia, ut omnia reddat. Quā crucis scientiā, qui non habent, coguntur istis somnijs agitari de congregandis meritis, quæ præmijs congruis, condignis, dignis compensentur, etiam apud deum. Nam, & illud Apostoli. Reposita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi in illum diem iustus iudex, potius referam ad aduersarios pertinere, q̄ ad sua merita, hoc modo: Deus cum sit iustus iudex, reddet mihi in illo die coronam pro stercore, quō me in hoc die confundit mundus: Huic uero pro sua gloria, qua in hoc die superbit iniquus, reddet & mutabit ignominiam in illo die. Vt omnino significet aliud auferendū & aliud reponendū, utrūq; gratuita misericordia: Sicut Iesus sacerdos apud Zachariam, iij. exiuitur uestibus sordidis, in quibus aduersabatur ei Satanas, & induitur mutatorijs, ut ibidem dicit.

Id quod, mihi & heb. alai, super me, dicitur, eadem dictio est quæ supra: Vbi que quo exaltabitur inimicus meus super me. Et psalmo. vij. secundū innocentiam meam super me. Vbi rectius dixissemus: secundū innocentiam meā mihi, q̄ ea quæ ex Hieronymo docuimus & præsumpsimus, cum eadem dictio motum ad locum duntaxat significet, ut & psalmo. xxxvij. Dum commouent pedes mei, super me, seu iudica ad me, seu mihi, ut super me ad uerbum iudica, nō ad innocentiam copuletur.

Psalmus